

Bibliothèque numérique

medic@

**Bompart, Marcellin. Miser homo,
penicillo Medico-physico Marcellini
Bompartii.**

Parisiis : Apud Nicolaum Boisset, 1650.

Cote : ms 2547 (dernière pièce)

Manuscrit dans le Cabinet de la Bibliothèque de l'Université (no 38) 363.

MISER HOMO,

Penicillo Medico-physico

MARCELLINI BOMPARTII,
Consiliarij & Medici Regij.


EDITIO SECVNDA.




PARISIIS,

Apud NICOLAVM BOISSET, Typographum &
Bibliopolam, in Platea Malbertina, ad Insigne
D. Stephani.

M. DC. L.







CLARISSIMIS ET SAPIENT. VIRIS
D. D. NICOLAO PIETREO,
INCLITÆ FACVLTATIS MEDICINÆ
Antiquiori Magistro; IOANNI RIOLANO, Anatomes
& Herbariæ Professori Regio; IOANNI MERLETO,
& GUIDONI PATINO, in omnium antiquissima
& nobilissima Medicinæ Facultate Parisiensi Doctoribus
Illustrissimis, meritissimis, celeberrimis,

SALVTEM.



*Q*UIS melius pingat Hominem Miserum, quam qui dolore
per omnia malorum genera cucurrit, (Viri Doctissimi?)
Altiore quidem conceptu & eloquio bracteato scribere possunt
alii, ut contigit nuper clarissimo Collegæ vestro GUIDONI
PATINO; sed dolor experientiæ pungit acriter, accendit,
& ideam sui scribit indelebilem, quæ scribentis manum di-
rigat, & sine testibus loquatur. Iuuenilibus annis torserunt
me nephritides, & excreti quatuordecim calculi fabæ magnitudine: scitis quàm
inflexibiles, inexpanbiles dico, sint Vreterum angustie: Vidistis me Parisijs
continua duplici tertiana, dein intermittente, tandem planetica languentem,
in quibus, vestris consilijs, bis & vigesies secta vena, & haustum doliolum aquæ
sennata, & castiata, quo tempore (proh dolor!) generosissimus Metanas meus
in Germania, cum ei parerent omnia, Naturæ legibus paruit. Tu vir maxime,
NICOLAE PIETRE, per quatuor menses, bis in die, mellifluo sermone, sen-
centijs ubique fæto, corpus leuabas & animum, Hippocratico digito morbi signa-
bas exitum, te omnia videbam & sentiebam. Tu IOANNES RIOLANE,
Anthropographan decus, secundus Apollo & Apello fauisti. Tu, clarissime
MERLETE, aulico amicitia vinculo mihi nexæ, potens in hoc certamine clari-
a ij.

ruisti. Tu, GUIDO PATINE, ἐβλίσκωται (patere Varronis epithetum tibi compar) febrienti dabas refrigerium, non tantum mixto calculo tuo ceteris, sed incredibili omnium bonorum Auctorum Græcorum & Latinorum enarratione ita animum exhilarabas, ut non in lecto iacentem, sed in Academia disputantem me cernerem. Inuacuitudines me à vestris diuinis colloquiis seiunxerunt, & monticolam fecerunt, à quibus me athletam fortiozem factum, ubique fatebor ingenuus. Nunc in viridi senio à decem annis diuellunt arthritides, seri biliosi foetura, ter in anno tanta tyrannide, ut plerumque Christiani Philosophi frangant fortitudinem, nulla epaphæresi, nullis paregoricis placabiles. Solebat enim GASPAR BRAYERIVS, vir summus, & eruditè practicus, Collega vester, mihi etiam vobiscum meis in affectibus alexicacus, cum arthritidis furor pungeret, aliquoties repetita vena sectione, crudi opij grana aliquot, cum vino aut spiritu vini haurire, ut hostem compedibus ligaret: non ausim Naturæ sedepuranti ostium claudere: sed exarmatus quindenà celi vertigine dolorem exarmare. Fastidium faceret hæc laborum historia, nisi vos olim Amicos intimos & mei amantissimos expertus essem: In meis peruigiliis defurente dolore nil nisi triste potui meditari, & Miseri Hominis tabellam pingere, quam appendo vestris altaribus. Valete, Viri sapientissimi, viuite integris viribus, & amare pergit

Vestrum BOMPARTIVM,
vobis addictissimum.

Datum Cergouia,
20. Martij, 1648.

LECTORI BENEVOLO SALVTEM.

SCRIPSI iamdudum libellum alexicacum pro inguinaria lue, quæ tot Aduersariorum millia deleuit anno 1631. Scripsi paulo post scolia in Colloquium Hippocratis & Democriti, iussu Illustrissimi Mecænatis mei, Marcellalli Effiati, idioma Gallico, quod mihi semper elumbe & ieiunum visum est. Scribo Miserum Hominem, medicæ physicæ à conceptione ad feretrum stylo satis nerueo & meduloso, (ni fallor) qui Lectorem singulis ferè periodis, non verborum fuscitate, sed rerum occursum sistat. Emitto ἀνέσπον & tentatorem; si doctioribus placeat, breui videbis Opera mea Medica eodem filo texta: si displicet, iacebunt in bibliotaphio, tinearum victima. VALE.



MISER HOMO.



DISCORDIBVS vnimur elementis, fluxilibus teximur
 filis, sanguine menstruo & semine, Vtero servili solo, palu- *in Tetra-*
 stri carcere claudimur ante libertatis vsuram, prius tumulati, *stichis.*
 quam nati, *disapées Nazianzeno* dicti. Amplexus utilis ex- *semen*
 crementi, ab utroque decidui, primam hominis orditur telam, *peccata*
 fibris albis, tenuibus, & effusi sanguinis globis viscerum prin- *genitum*
 cipum rudimentis signatam, cuius elapsus primo septenario *Ar. st.*
 exuvius est, effluxus, *Aristoteli* non iniustus, vt præcisâ familia *in Politicis,*
 catenas egestatis non sentiat: *Tertulliano* sceleratus, festinatio homicidij est prohibere *in Apolo-*
 hominem nasci, nec refert natam quis eripiat animam, an nascentem disturber; homo est, *getico.*
 & qui est futurus, & fructus omnis iam in semine est.

Homo *περφόλυξ*, bulla, & à bulla spumefcente incæptus, primò viuens non
 viuit homo, viuit humilis planta umbilicali tubo rigata, non enim simul fiunt in *retus scho-*
 vtero viuens & homo. Nobilis *ἐντελέχεια*, *δεῖται ὑπέρφοια*, perfectam maris animat *liafles Pin-*
 typosin trigesimo die, feminae quadragesimo secundo, tenetque vegetantis & sen- *duri.*
 tientis imperium, non dat tamen nobilis hospes tenello fœtui respirandi licen- *philo de*
 tiam, otiosum ei reciprocandi spiritus spatium, & pulmo ruber, qui respiranti- *mundi opifi-*
 bus pallet. *cio.*

Viuit immoto Corde, quandiu viuit alieno solo, & Sole, dico materno Cor-
 de, quasi duo Corda, duos Soles, eodem loco lucere sit nefas: viuit immotus,
 motoris ipse vector, ad tertium mensem Mas, ad quartum femina, vinctus com-
 pedibus acetabulorum, triplici muro cinctus, conglobatus, coarctatus, utroq;
 manus pollice premens oculos fenestras mortis, in vindictam futuræ perditionis.

Innatat vndoso substerniculo, vt minùs grauitet: nec ei datum suis excre-
 mentis emungi, materni stercoris & lotij contiguus hospes: caudici ligatur ami-
 co, cuius iniurias desponsauit: quatitur caudex, patitur ramus, ille pellitur, hic
 agitur, ille marcet, hic defloret, tanto nexu ducuntur in consortium, vt pul-
 sata matris imaginatio sculpat cereo fœtui characterem.

Variolis fœdatur in vtero: & quod mirum, fumo extinctæ lampadis, solutus
 vinctulis, feretro pignoratur.

Hydrocephalo tumens sibi viam præcludit libertatis. putrescit, in saniem
 abit, latente sceletro in vteri claustris. Vidimus in Aruernia inferiore, non longè
 à *Montepensiero*, cuidam rusticanæ, edito fœtu, post annum sceleton secundi fœ-
 tus erupisse, abscessu factò infra iecoris regionem: petrescit aliquando, vt in
 Senonensi *lirhopedio*, à succo lapidescente, cuius ferax est microcosmus, vt vi-
 dere est in tot calculis & nodis arthriticorum, qui fligente succo gorgoneo, sero
 mixto, durantur.

Cæteris animalibus statutum pariendi tempus, enormis homo incerto nasci-
 tur Sole, vt leuitatis & inconstantia simulacrum: quinto natum mense pincer-
 nam **FRANCISCI** primi vidit *Montium* ad ætatis verticem ductum: nascuntur

A

alij septimo, nono, decimo, vndecimo, qui mensis est *Aristotelis*, & à *Parrone* receptus in satyra, cui titulus est, *Testamentum*: si quis mihi filius unus pluresve in decem mensibus gignuntur, ij si erunt ὄνοι λύγες, asini ad hyram, exheredes sunt: quod si quis vndecimo mense, κατ' Ἀριστοτέλιν natus est, Accio idem quod Titio, ius esto apud me. Vidi Claromontij Aruernorum, vbi redux ab Aula, Medicinam facio, Consilia. rij Regij castam coniugem vndecimo peperisse, nec fefellit eam gestationis supputatio, cum sit τέκων ἑμπερις, καὶ ὀπισθεν, nouitque ἐνθυσιαστικὸν illud ὁμορροδεῖν, & consequens ἐφεξὲς ab Hippocrate designatum. Ea misera est & fato sacra hominis indoles, vt septimo natus viuatur, octauo moriatur: ἔστι τε, καὶ ἔκ ἐστιν ὁκτάμηνος γένεσις, est & non est octimestris generatio. Clarius explicat Senis oraculum *Sabinus*, antiquissimus Medicus, ἔστι φαινόμενα ζῶα, δυνάμει ἐκ ἔστι, id est sunt apparentia animalia, sed non sunt potentia. Hispanos excipit *Anicenna*, Naxios *Diocles*, gratulante Iunone ob Bacchi natiuitatem, *Aegyptios* & incolas Cypri in *Græcia Aristoteles*, ratione minus neruca: Nilus quidem πολυγονωτάτην δυνάμιν habet, & vi nitrosa, materna fecundat arua, sed octauo mensis ominosam legem non soluit. *Aegyptus* ζῳόδωρος est, frugifera, aut vitæ donatrix, fateor, sed cur octimestris vitalitatis author? nil potest Capricornus, sub quo supina iacet, vt sonat etymon, cum Capricornus sit influxiuè siccus & frigidus: Potest mehercule caelum, cum sit *Aegyptus* propinqua signifero circulo vitæ auctori, potest constans caeli serenitas, quam sustinet Nilus ἀθάλασσα, ex puriore enim aëre ducti vitales spiritus firmiora donant vitæ vincula, cum sint ipsimet animæ nexus quibus cuiusque partis ligatur forma. Lassata tandem Natura reo pondere, illud excutit, sed (proh dolor!) quot matris angustia, quot fœtus: post exantlatos partitudinis πόνοις, languentibus musculis & expultrice vteri, sæpe perit vtrumque, nisi tyrannicum impleretur auxilium, *Rousseti* ὑπερτόμος, scalpelli *Cæsarei* defensoris: Si fauet *Lucina*, in caput voluitur, vt lumen videat, sicut pedibus ducitur, vt tumultum impleat: alij pedibus pulsant lucem, *Agrippa* dicti, ægrè parti, ominosi mehercule partus, exemplo *Neronis* hostis naturæ, & *Agrippæ*, morbis omnibus pressi: alij obliquati sibi denegant exitum necessariâ crudelitate trucidandi, *matricida*, ni morituri. Misera fors morientis antequam viuatur, damnati tenebris, antequam lucem videat. Alcedo ouis incubans per quatuordecim dies *Aristoteli*, per nouem *Philocoro*, per septem *Demagora*, mare serenat, fluctibus silentium imponit, cetaceos montes ligat, nauigantes securitate firmat, mirantibus & expectantibus vndis conceptum animalculum, quasi in ea productione totius Naturæ pax inclinata recumberet, aut per eam renasceretur: Conceptus homo non eâ natale solum beat serenitate, non ita pacat ortus hospitium, inquires nidum exagitat, figulinam turbat, fœtam cruciat, inedia macerat, picantem alit carbonibus, nulla dies halcyonia, toto gestationis tempore parat insidias, onerosus matris ilia pulsat æstuat sanguis procellosus, pulitant audaciùs arteriæ, venæ nigricant flexuosæ, assurgunt montes lactei fluctibus sanguinis agitati: Miser Homo, auiculâ inferior, pacis & matris osor, inualetudinis auctor, maleficus antequam malum noscat. Lux qualitatum prima, gaudij vectaculum, blanditur omnibus, pacat osculo, exhilarat, nascentem pellit in lacrymas, fortè reus & conscius peccati, sanguinis labem lacrymis terget, vt lucis datori satisfaciat, præsagus ærunosæ vitæ luget tremulus: nec satis est calcitratu rupisse carcerem, mors adhuc in limine est, reus funibus & chordâ vinctus vmbilicali auiti sceleris pœnam explicans funibus proprijs finem facit.

Nascitur exarmatus, brutis impar, sitiens sanguinem crudatum in mammis: vix natus, feminatus, medio corpore pudoris vestibulum prætergressus, ast fororum

Hipp. lib. 1.
περὶ γυναικ.

Hipp. lib.
περὶ φύσ.

Tertull.

subijcitur schemati, imperanti materiæ non formæ, quam δι' ἐξέναν docuit *Stagyrita*, ἀφ' ἑνός, καὶ ἀνδρογύνων *Cous*, ἀπορροίαν τῆς πάσης ψυχῆς, καὶ τῆς ἑξένου ψυχῆς *Pergamenus*. Adest *Metoscopus*, qui lineis frontis eius sortem dispenset: testis est *Vespasianus*, qui successit imperio, non *Britannicus* *Claudij* filius. Vix natus epilepticis vexatur insultibus, πᾶτος παιδικὸν torquet, & nisi pellatur *μικόνιον*, papauerculum, stagnat minera puerilium affectuum: subdolo nutritur alimento, in vteri sinu, ἔλκει τὸ γλυκύτατον αἷμα, sed fædi non parum allicit, cuius ebullitione perfectiua, sicut in musto, fit *synochus*, variolis tumens, & biliosa continua morbillis, purpurata, quibus vt febris κακοτρόπος & κακοχρυσώτης, venæ sectione, ante & post eruptionem succurrimus: & quia deleterio tabo fœtente sunt contagiosæ, alexiterijs oppugnamus, non *Belzaar* *In-* dorum suppositio, quo superbiunt apothecæ, sed Arabum lacryma *Cerui* post centesimum annum *Auenzari*, & *Julio Cæs. Scaligero* commendata: nos in omni ceruorum ætate lacrymam odore moschi gratam feliciter vsurpamus, necnon *Contraierua* primi *Belzaar* πρὸς πύργον & substerniculum, potissimum si ex eo cum aquis vlnariæ & scorzonæ comparatur extractum Qui qualitates magneticas expugnat, non est amicus *Cæsaris*. *Impudentis*, inquit, hominis est occultas negare qualitates: & reuera, si magnetismum tollis, & πεφυκότως agentia, medicinam *Cnidiam* facis, præfidiorum ieiunitate languentem: Nutritur brutum lacte materno, homo aduena, & sæpius ἀπερρύτῳ, & plerumque syphilideum fugit tabum, venenum lacte ducatum, peccati luens pœnas, cuius insons.

Arnaldus de Villa noua.

Docet Scribenius Largus venatores Sicilia in cinis deferre sordes seu lacrymas cantho maiori adhaerentes contra iobolorum virus, & pharmana de-leteria.

Scaliger in Cardanum.

Brutis vnum alimentum, homini multiplex quod discordiam parit in prima πέψει, ideo oletum humanum fœtidius, soli pantheræ aconito pardalianches infestæ, & cancro morbo alexicacum bubulum stillatitium Maio mense, aquam facit *πολύανδρον*, phthoe non minus præsentem quàm *Rorella*, aut *έννεαφυλλος* pulmonariæ *Fracastrorij*. Accedit brutum ad mammam solo naturæ digito, nisi mamma accedat ad vagientem, in cunis cuneus mortis est: salit brutum infans calcitrat, & herbeto se culcitrat, infans homo è fascijs pendet, & manibus vmbilicæ *Lucinam* mussitantis. Nascitur omnis homo cæsijs oculis, qui mutantur in eam naturam quæ futura est: cæstias, imbecillitas est, ἀδένεια ἢ γλαυκότης: quod eleganti maris cæsijs comparatione docuit *Aristoteles*, cæteris animantibus oculorum color permanens. Secretis & inuisibilibus septenarij ducitur manibus, αἵταν ἀνδρώπευ ἐπ' αἱμῆρας, hominis ætas septemdiaria: septimo die genitura habet omnes corporis partes adumbratas, ipsas etiam aurium, & oculorum cauitates, pedum digitos, si in aquam proijciatur, medio enim aëre cerni non possunt partes: septimo mense vitalis fœtus editur, non propter Lunam quæ septimo præest, sed propter septimi diuinitatem: non enim octauus est, & non est propter Saturnum, Stellam principiis vitæ inimicam, vt volunt *Astrologi*: non propter duas consequentes *ἡλιοπαθείας*, vt docet *Hippocrates*: nec propter feminis immaturitatem, vt censuit *Fracastrorius*: latet hominem hæc philosophia: docet *Mosaica* septimo die Deum quieuisse, & ei benedixisse, quietem verò Dei fuisse conseruationem creaturarum, & ex consequenti priuilegium septimo datum vitalitatis, qui ζῶζον ἐστίν, & quem Natura φιλεῖ δόμῳ in delicijs habet: Septimo mense dentit homo, erumpunt anteriores seu incisores, secundo septimo canini, quarto septimo molares, σφραγιστῆρες dicti: qui si ceciderint, anno septimo renascuntur: eodem tempore loquelam perficit homo: septimo die perit homo fame, ventriculo ingesta non excipiente, quia concreuit intestinum Ieiunum: vulnera capitis insignia septimo vel decimo quarto sanantur, vel interibunt: septenarijs temperamentum mutatur, ideo singulis septemnijs consulendi Medici, autore *Ficino*: septenarij,

De panthera præter Cicero-nem, Theophr. Plutarc. in Dialogo de brut. solertia.

Arist. de gener. anim. lib. 5. cap. 2.

decernunt febres acutæ, γυνίμους dies vocat Hippocrates, feminales, quorum religiosus cultor & spectator extitit, ut videre est aureo contextu libri quarti πηλοδύτης (de cuius natalibus nullus ambigat, distat genio à tractatu de balneis) μάλιστα μὲν ἐν αὐτῷ τὸν ἑπτάρον ἀριθμὸν ἐνλαβέντων, ὡς αὐταὶ αἱ ἡμέραι ἐπεεργασίας πρὸς τὰς χἀμνοντας, Maxime verò numerus impar est observandus, nempe hi dies in hanc vel in illam declinantes partem, agros reddunt. Doctissimus Hispanus Stene in secundum Epidemion, non tantum septenarium coluit, superstitiosus proclamavit insolentes, νεοθῆτες, ἀλάστορες reipublicæ, & homicidas cruci figendos, qui septenarijs secant venam, λασὰ diei sacri maiestate: Apage (Valentine hæmophobe cum tuis siderum luxationibus) Medicinam luxatam putas, sicut & Cassiopæam in cælo: Parisenses Medici purioris & sanctioris Medicinæ Atlantes fortissimi, & in bene medendi Arte magistri optimi, atque sapientissimi, secant venam septenarijs, sicut & alijs diebus, non crismi expectantes, sed exhausto febrili fomite, Naturæ παραχρὸν præscindentes: quis eos dicat Κοορύσις, cum semper Κοορώσει præluxerint, Hippocratis assertores adamantini? (hæc ἐν παραορ.)

Septenarijs contingunt vitæ & fortunæ mutationes, Climastras Chaldæi vocant, scalares mutationes propter subitum lapsum ab extremo scala ad extremum, à Saturno ad Lunam & contra: septeno saltu genituram elegantis Fidicinæ excussit Hippocrates sextanam, ne vilesceret inter mulieres, ἐπὶ αὐτῷ legit Macrobius, septanam. Pollicetur diuinus Senex se daturum rationem septenarij, sed sacrum illud velum non tangit, ne manus tabescat, & offendant ad lapidem pedem suum: commendat filio suo Thessalo numerariam, cuius miratur ἀναιπολοῦντον: Miser Homo, cuius nasci septeno saltu luditur: Miser, qui cæco ductore septenario per vitam ducitur: secundo septenario gallulascit homo, παραχρὸν vocat Aristoteles, hircire, crispit lanugo pubem, varicosi laxantur mæandri, & soluitur vocis gracilitas docente Dictatore; ὁ ἐλάσσειν & catullitione feruet sanguinis spuma in æstrum venerium, quo vellicatur brutum, non ad voluptatem, sed ponderis excussione, si creditur Galeno. Homo frequentibus pungitur veneris incentiuis, ut det animæ suæ spoliū: prægnans brutum marem non patitur, non quia bestia, ut lasciva Romana Iulia loquuta est, sed minus bestia, si res veneræ sunt ἀνέηται, non virilis veretri dolore, extenso utero, ut scribunt Medici, sed quia absoluto Naturæ penso, spumosi ponderis æstro non agitantur. Miser Homo, cui datus est spiritus carnis qui eum continuè colaphizet, cum brutis datum sit vnum tempus, quo ducuntur in maniam.

Aristophanes vocat res veneræ ἀνέηται.

scribunt di-
ctum τετα-

γωνος
γωνίμων
Polluci οὐ-
μα παραχρὸν
ἀ cilijs mu-
lierum pin-
gendis: He-
sych. ὕπο-
χάμματα
exponit
συμπίνατα
ἢ ὀφθαλ-
μῶν.

Hippopotamus, bellua Nili, Crocodilo maior, pressus onere sanguinis, Nilum egreditur, venam cruris aculeato veprium ramo allidit, deposita farcinâ, limo Nili plagam obducit, sigillat insolatam: Miser Homo, inter bubsequeas & rupices degens, si non possit argenti oleo Chirurgi cuspidem ungere, deseritur Naturæ legibus, & vitæ legibus plerumque soluitur. Ibis fistulante rostro proluat aluum muria, Miser Homo cogitur pudoris, & putoris vasa pandere, ridente mariscas pharmacario. Canis flexuosâ linguâ sordentia lambit vlcera, terget, siccat, firmat coalitu, idem pasto gramine vomit illuviem, homo sibi j παραποφθαλμῶν scribentis olim margines oculorum, & salis chalcanthini quærens operam, ἀπὸ αἵματος πηλοῦ inficit diuellitque, non sine viscerum ἰσχυρότων languore: Pazan aquæ venenatæ tabum eludit contraieruâ, præsentia alexicaco: toxicatus homo, pervaria vagatur alexipharmaca, ancipiti ferè casu; per crystallum si suspicio sit sublimati aut arsenici: per Nymphæam, si ellebori: per oleum Nucleorum pini si Rix galli mæandri, per cineres Cancrorum aneâ patellâ rubrâ igne sarmentorum factos

factos ab Æschione Empirico, si rabiens canis momordit, frustra substituunt cineres astacorum Apotheca: si cicuta periculum facit, ad vinum superhaustum liberaliter, non parua copia mixtum succo cicuta, sic enim citiore vehiculo perimit; eo veneno peccarunt *Athenæ in Philosophiam*: si napellus insidiatur, ad muscas ei circumvolantes, & floribus eius se pascetes, quibus concolores sunt, confugitur, vel ad herbam *Paris*, decantatissimam *Pena*, Botanico perspicaci: *Scorpij* ictus, viperæ morsus perimunt hominem, in primo grandine stupet, χαλασθεον vocat *Nicander*: in secundo, tumet, liuet, palpitat viuisfici ne Otaris ερασιον, & nisi viperæ & *Scorpij* reclametur auxilium, conclamatum est. *Miser Homo*, cui etiam *Neroni* sua decocta, pœnis montium parata, refrigerato serpens dipsas Tantalicam sitim parit: *Miser*, cui sanguinem exhaurit hæmorrhous, qui tot hostium eluserat aleam. Serpentum oculi antrosum spurcitie caligantes, pasto fœniculo declarantur; hirundo hebetem pullorum aciem acuit chelidonio (ea fortè ratione celeberrimè præfertur sanguis hirundinis in oculis suffuso sanguine rubentibus): Capra spinâ rubi natiui speculi densata diuidit nubila, deponitque felibus præfens oxydorcium *Valeriana*; queruntur Ophthalmici Medici cum fastidio inanità crumenæ, & lûsca mulier minùs vidit post operam Medici *Chironica* potius, quàm *Itachaonica* instructi arte. Pullitiem excitat aquila prægnante lapide, & euocat cubili testaceo, nos illum coxæ parturientis mulieri appendimus inani successu, et inde eo prodigium scripserit *Franc. Valeriola*, in suis *Observationibus*: pharmaca ελογισα dantur in partu εχθρο, meo iudicio, et si practici omnes *Hippocratem* sequuti, à calfacientibus non abstineant, quæ inflammant sanguinem, accendunt febrem, ducuntque ad vteri vasa, sanguine turgida, coarctantia & claudentia fœtus exitum. Partus, crisis est, quæ naturæ committi debet imperio, siquid agendum, venæ sectio cubiti, vasa vteri deplendo erit opportuna. Laudat *Hippocrates*, libi de morbis mulierum, sectionem malleoli, sed cubiti vena, meo calculo, præferenda, periculum enim est, ne sectione malleoli, ducto sanguine superiorum partium ad vasa vteri, fiat maior vteri coarctatio: quæ ratio eadem est, quæ *Ætj. Amidani*, in euocandis menstruis à plenitudine sanguinis suppressis. *Brutum* solo Naturæ obstetricio parit, & εουτερον pellit: canicula eiectam secundinam edit ut arceat tormina, quod expertus est doctissimus *Rondeletius*, qui subreptâ secundinâ caniculæ domesticæ vidit eam in latratu & cruciatu abiisse: Secundinæ retentio in muliere infortunium est parturientis, & scandalum Medicorum, potissimum si fundo vteri adhæreat: an præstitis quæ docet Rationalis Medicina, Chirurgi manus imploranda? an *Pauli ex Agina Medici* consilio stare decet? expectandam nempe secundinarum putrefactionem, & separationem, quod uxori *Coriarij* contigisse scribit *Hippocrates*. In *Pauli* consilio periculum est in mora, ut doctè notatum est à *Massaria*: in manu etiam, nisi sit illa anatomici vsibus & experimentis oculata, ne dilaceret vteri vasa, à quibus hæmorrhagia periculosa, vel lacerando inflammet vterum, & in sphacelum ducat accensâ febrili tæda: melior sors data viperæ, quæ secundinam è matris aluo ducit comitem: nec videt Solem, nisi facto prius ei natalis inuolucris holocausto, ideo Talione datum ei, ut sicut Sol senescentem orbem quotannis vernantibus nouat gemmis, ita vipera senectam exuat, & in tenebris ut ceteri serpentes non lateat. Fabula (*viperam vi parere*) dedit ansam apud *Nicandrum*, *Hippocratis* discipulum, secundinæ viperæ dilaceratio, scribenti viperas matris aluum dilaniare, & sine matre nasci.

In Theriaca

Sidonius
Apollina-
ris Iustina
Medicum
sic appellat,
quia ma-
nuatuserat
id est fur.

Arist. 8. de
hist. anim.

διὰ μὲν τοῦ ἀπ' αὐτοῦ
ἔστιν ἀναστροφὴς ἀμύθητος ἐξ ἐξόντων

D

Puella puber floribus immortalitatis superbit, menstruus enim floribus prolem spondet, quâ se mortis manibus ereptam putat, continuata carne: sed qui sunt isti flores menstrui? Sanguis superfluous, non veneficus, ut visum Plinio Veronensi, sed excrementum, quo corpus depuratur, non solum quantum, sed quale, ideo *ῥέθρατος, ἢ τ' ἐξ ὧν* dicta purgatio Erasistrato, quæ quoad Naturæ legibus parer, *Mulier podagra non laborat*, Hippocratis æuo, sed mendacem fecerunt, qui falli & fallere non potuit: rodunt Nivem solatium stomachi æstuantis, & cætera quæ scribuntur à Seneca, arena sine calce, & quia feminam exuerunt, virilibus morbis damnata sunt.

Sanguis menstruus, ut & quilibet alius, non habet *φύλαν* extra venas, ex eo tamen magnalia Chymici parant in mumia magnetica philtorum principis; eâ forè ratione Gnostici apud D. Augustinum & Epiphanium, sacrificabant & potabant in honorem *Flumina deæ*, cui sacra menstruatio: ei primum fluenti privilegium dat Paulus, soluendi herculeum morbum, sicut primæ partitudo per menstrui sanguinis *ἀποπόματα, ἀόγια* vocant: huius primi fluxus tanta vis est, ut *Virgo Larissa* sexto die tyranno iudicata, non sit *hypostrophē* passa: *Miser Homo*, qui excremento philtatur, misella femina, quæ sperat libertatem & vitæ serenitatem ab excremento.

Insignes quatuor aëris mutationes Solis pedissequæ mutant insigniter miserum Hominem: Verno tempore sedente Sole in domo honoris, quæ Aries est, surgit *Hippoc. 6. Epid. p. 7.* uniuersa Natura quæ dormierat hyeme: vegetantes vitæ, quæ in centro delituerant, apertis corticum fenestellis, virent frondibus redimitæ, Numen & lumen adoraturæ: mutuis amplexibus Naturæ litant omnia: philomena dulcisona veris tuba, nidulans in arborum imo prouocat ad certamen harmonicum volucres, Citharædos etiam, quibus cedere non nouit tenuis anima & superba, secedens potius cantibus hausta, quàm cedens, Soli gratulatur vernanti: Solus homo, spirante Faunio, Solis tepore liquatis & excentratis humoribus, si quæ pars læsa iacet, impluuiio languet, pes corniculæ in foliis ficus signatus phthysicis omen portendit, lugent arthritici, anhelant asthmatici, furunt *μανόμενοι*, cadunt epileptici, strangulantur anginosi, tussunt raucæque catarrhoici, scalpuntur impetigine fœdi, pallent effuso sanguine plethorici: æstate, leone maxillæ canis stellatæ fulgoribus rugiente, igniente, accenditur, *συγγίνετα*, sudoribus & insensibili transpiratu, ducto foras calore, squalleus exoluitur. Autumno ferina sunt omnia, inæqualia, effœta, humorû ciberibus lucifugis in fundo vasorû latentibus fugiuntur *saturni filia*; hyeme sepultus pituitam congerit somnolentiæ fomitem, quâ saginatus torpet, & fit *πυρρὸς καὶ μέγας*; *Miser Homo*, mutabilis aëris & temporis mancipium, *Miser*, ytriusque versatili & tyrannico parens imperio.

Quartana & morbi melancholici sic dicti
Theodoro Prisciano.

Miratur Philosophia Oceani reciprocationem: miretur quadruplicem in homine, singula cæli vertigine, sanguis fluctuat matutinis horis, meridianis biliosus sulphurat, sub vesperam melancholicus acetat, nocte pituitosus undat, quibus reciprocationibus temperamentum fugaciter alteratur, adulteratur: Sanguine animus hilaratur, bilioso sulphure accenditur, succo melancholico sternitur, pituitoso laxatur: hi quatuor succi succendicula sunt pathematum animi, quibus agitatur homo, niger humor Palladis arcem obnubilat, serenitatem eius tegit cum mœrore & metu, non spectro nigri, non sunt enim oculati spiritus animales, non frigore, cuius *μυτερόπλις* est, sed inexplicabili vi, quâ spiritus animalis coruscum æthereum obliteratur, metu concidit, mœrore pallet, decolor motitat, gaudio effundit animam, metu centratam calcat, perditque, ira, verecundia, amor, dissoluunt vitæ vincula. *Miser Homo*, scopulus procellarum omnium.

Miser homo, somni publicani vectigal, mediam exhaurit vitam in tenebris, li-

gatus sensibus, imperio principum facultatum exutus, nudus, aut linteo tectus, *Somnus est*
quasi in tumultum descensus, sui immemor, sui nescius, semivivus, imperator, *Arist. lib.*
& pastor, adolescens, & *παλιγγενετος*, veteranus, pro varia imagine: Pastor sce- *s. de gener.*
ptri delusus phantasmate, in lecto foliis arborum, & paleis tumente superbit, im- *an. pibior*
perat: ficcus senex veneris idolo, iuuentæ emulus, ambit puellares amplexus, stil- *Quæ xai pui*
lante sero falso, pro semine è funerata parte: *Miser*, quem tenebræ beant, lux *Quæ, i. in-*
spoliat; *Miser*, quem tenebræ fouent, lux glaciât. *terliminâ*

Accedat iuuenis *εὐστροφος*, pensilibus bene peculiatus, virgineas sponsæ tritu- *mortis*
tus & expansurus cristas, scincorum renibus apparatus, volantium formicarum *vita.*
oleo delibutus, incantamento magico flaccet inermis, non minùs quàm si Satur-
nino satyrii teste pastus biennio friguisset, defigitur, deuotatur in nuptiis, quæ-
rens suffitum Leontopodij, in *Philosopho Madaurenfi*. *Miser Homo*, quem fors euirat
goëtica, *Miser*, quem exarmat anus fatidica. Natat hominis vita in sanguine, *Apuleius*
cuius guttis aliquot extra alueum putrentibus perit: Circulato sanguine in lini- *de viribus*
bus lampadis vitæ, natiuus partium calor resurgit, cui effreni duplex septum Na- *herbarum*
tura dedit, si salit viuacior, vitæ nectar effunditur, vel dilatur arteria facta aneu- *curat defi-*
rismate. Vilioribus Naturæ ponderibus, & excrementis vita hominis præca- *xos & de-*
uetur, & erigitur lapsa, foliis plantæ Alexandrinæ euanidis, senio flauentibus *uotatos suf-*
depuratur, educta bile nigra insanix fomite: sapit si minùs sapiat, quàm *Democri-*
aus, in animalium cadaueribus speculatur, præsentē *Hippocrate* discipulo, fungis ce- *fitu leonta-*
tebrum excutit carebariam, quem mittit Agaria fungum, radice barbara minùs
barbari fiunt biliosi, dulcati radice amaræ potu: si arx vitæ vacillet, vide quibus
erigatur, moscho, sanie vmbilici animalis, vomitu maris bituminoso, ambaro vel
amaris fungo (si *Scaligero* faues,) zibeto, obsecnorum cati syluestris sudore,
margaritis, leprosi piscis grandinibus, oui bombycini prothei cadauere fæti lan-
gine, grano Kermetes, volitantis vermiculi nidulo, boleto ceruino, fœtura feminis
cerui in terræ sinus effusi *in agria Quæ*, cornibus Monocerotis & Cerui, officulo
cordis bovis & cerui, excremento fibrosi cordis durato: *Miser Homo*, cuius cordi
fouendo dicata sunt Naturæ superflua: Vertigine voluatur imperator, dictator,
stercus pavonis, inuentum *Sexti*, *Platonici Philosophi*, non *Rustici Franci*, vt vo-
luit *Quercetanus*, ducitur in auxilium: linguis pavonis nutritus olim *Heliogabalus* in
eum scopum: si thesaurus vitæ sanguis petulans fluat, post epapheretes & *ixoupa*
selectiora, stercus asinum & porcinum imploratur ad potum & olfactum, lau-
danum cassum, philonium Persicum, pulvis *Iulij Scaligeri*, sperma ranarum sic-
catum, sperniola, pulvis pampinorum potus, & in nares missus, mihi interd-
um non infelicitè expertus, colchotar ipsum naribus, pilulæ laudani in nares
missæ, vt placuit *Crollio*, hæc omnia sunt imparia, fimbria Salvatoris petenda aut
modestia ad statnam eius nata. *Miser Homo*, cuius vitæ vehiculum, artis & Natu-
ræ manibus teneri non potest. *Miser*, qui fluxili vivit in purpura: Plevriticorum
salus post venæ sectionem, *et iēiv* sapius repetitam, in stercore equi avenâ nu-
triti sita, motis sudoribus, quo præsidio vxor *Lutheri* liberata est, si creditur *Me-*
lanthoni: stercus anseris Ictericis dat levamen, quia pascitur gramine, & quia
nitro pungit: anginosus stercus canis, & hirundinum nidus: stercus leonis epile-
pticis: stercus lacerte, albenti pupillæ: stercus muris eccopragogum familiare *Ru-*
lando in pulve puerorum. *Miser Homo*, in sterquilinio, vt scarabæus, quærens vi-
tæ solatium. Imperat *Homo Animalibus*, & est viliorum insectorum sagina & vi-
ctima: num pediculi Dictatoris *Syllæ*, *Alomanis*, Græci poëtæ clarissimi vitam,
sedâ clausurunt prurigine? Regia Majestas diurno sceptro lassâ somnum quæri-
ta, animalculum sanguisorbium, pernicitate regios ludens carptus, aut titillans pe-

Euseb. hist.
Ecclesiast.
lib. 7.

dicelli Syronis aratus, sub aquea latentis vesicula, mulcebre sensuum ferias suffuratur, pedicamque soluit, imperante animalculo sensibus, ut excubent in sensiteriis: dixi victimam esse viliorum, dico hominem ludum esse phalangij, tarantula, cuius morsu saltitat insanus, entusiasticus ad ultimum spiritum, nili musica, cicurato tabo, sistat pacetque furem: non satis est saginam, victimam & ludum esse, viperarum & lacertarum est natale solum, ut visum est in Pannonia, anno 1549. Vermiculi aspectu nauscat indutus bysso, & purpura, quem fouet in sinu domesticum, in venis ipsis, in cerebro, sicut & Scorpiones.

Torquet hominem morborum ilias, quorum grauissimi Coam & Mauritanam ludunt manum. Quis fortis Medicus fortem vicit apoplexiam? aperiens sine febre venae sectio potius soluit, quam anceps solutio: hunc cum Celsi norunt practici: quis Menecrates Iupiter de morbo herculeo triumphauit? gloriatur Paracelsus, male dictus Theophrastus, (Cacophrastum vocat Erasmus) sed dignus est rescripto Agesilai Regis ad Menecratem. Agesilaus Menecrati Ioui sanitatem: si soluit Gordianus epilepticos, Gordianum nodum soluit, sed errat toto caelo si idiopathicos liberasse somniauit: volatilitas vitrioli, spiritus viridis qui viridelli nomen dedit morbo, specificum & insigne fuliginosorum mystarum, norunt medici quam inane: subtiliores Hermetici macerant bracteolas auri aucupio fortiore: secundina primogeniti Achilles est Henrico Petreo, Nosologia; Mumiam primogeniti viuientis non humatam extollit Humerus Poppius: an sanguis primogeniti sit, sacrum nobis illud explicet verum.

Chimæricum est officulum triquetrum in epilepticiis & strangulatis tantum repperit, casta radix prœonia etiam mascula recens effossa, et si Galeno decantata, superstitiosus carbo absinthiacus in vigilia natalis Ioannis effossus, & appensus, & aqua physicum est virgultum sambuci super salicem nati ex fimo picarum sobolescentis, ungula Alcis annulo clausa, pota, & quod melius videtur Apollonio Menabeno, cordi admota, & in aurem sinistram missa, viscum quernum insigne epilepticiis piamentum, (loquitur pena,) sunt eiusdem profapiae, sed quo fructu, norunt Medici: sanguinem mustelæ probat Augenius, Langius, Dornæus, Rulandus, Quercetanus, suas aquas antepilepticas, sed infelici successu: frustra inurit confinium vtriusque futuræ ad priorem usque laminam: frustra meninges cerebri suâ galeâ spoliantur: frustra Leonardus Iacchinus, Emporiensis, decoctum guaiacini extollit, quasi in pituita fomes esset auræ fonticæ. Eruditissimo viro Thoma Erasmo, in votis fuit ante obitum, nosse indolem & clauam morbi συγκαταμαχίτο. Quis elephante fœdatum corpus ter sit, non fabulosum sanguinis humani balneum, non hydrargyrosis, non euiratio, non historia Galeni de carnibus viperarum, quibus similes fabulas derisit Aretæus, non punctio trium vesicarum in planta pueri nati elephantici, ut scribitur à Rolano patre, eloquij & doctrinæ latice: fœdat leontiasis, ludens medicas manus, erubescere Medicorum familia. Quis pestilens miasma, νοστέλιον δαρκείον expugnauit, Theriacane χαλκόν, εὐδίας πρὸς κατὰρτίον ἐν λοιμικῇ καταστάσει? pomposum illud pharmacorum Chaos, discordium aceruus fermentatus, insomnium Andromachi vigilantis? cor & iecur viperæ, quæ in thesauris habent Germani principes? nequaquam; tota pendet incolumitas ab exilio & aura peregrina, ab ipsa corporis imbecillitate, docente præceptore (interpres male legit σπυρίων, solidissimum, pro ἀδυνέστατον, imbecillimum, & ἀξενώτατον, familiarissima pro ξενώτατον, maximè peregrina. Miser Homo, quem imbecillitas præcauet, Miser, quem inermis fuga sospitat. Quis Medicus Cancris triumphator? an Leon. Fuchsius, Anticarcinus dictus, propter insigne alexipharmacum cancri ex radicibus serpentariæ, arsenico-crySTALLINO, & fuligine? experti norunt fallaciam,

Henr. Petreus Med.
Cermannus
in Nosologia

Hipp. lib.
de nat. hum.
ana.